

www.e-rara.ch

Loci communes rerum theologicarum, seu hypotyposes theologicae

Melanchthon, Philipp

Basileae, anno 1521

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-117208>

De Participatione Mensæ domini

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

OPUS PHILIP. MELANCH.

quæ remittebant pœnas illas canonicas publicariæ
pœnitentiarum. **H**as impij homines pro diuina cõ
donatione uendi instituerunt, ut suo potius, quàm
dei uerbo, fideretur. **P**orro, ut finiam tandem, pœ
nitentiæ partes duæ sunt, **M**ortificatio & uiuifica
tio, **M**ortificatio fit cum conscientia lege terretur.
Viuificatio cum per absolutionem erigeris & con
firmaris. **E**st enim absolutio **E**uangelium, quo **C**hri
stus tibi condonat noxam. **S**ignum pœnitentiæ ali
ud non est præter baptismum.

DE PARTICIPATIONE

Mense domini.

Signum gratiæ certum est participatio mensæ
domini, hoc est, manducare corpus **C**hristi & bibe
re sanguinem. **S**ic enim ait: **H**ic est calix noui testa
menti &c. **I**tem, quoties feceritis, facite in memori
am mei, id est, cum facitis admoneamini **E**uangelij,
seu remissionis peccatorum. **N**on est igitur sacrifici
um, siquidem in hoc est traditum, ut certo admo
neat tantum promissi **E**uangelij. **N**ec delet peccatum
participatio mensæ, sed fides delet, ea uero hoc
signo confirmatur. **V**t **S**tephanum non iustificabat
conspectus **C**hristi, cum iam necandus esset, sed fi
dem eius confirmabat, qua iustificabatur & uiuifi

HYPOTYPOSES THEOLOG.

cabatur. Ita nec participatio mensae iustificat, sed fidei confirmat, ut supra dixi. Sunt igitur impie missae omnes, praeter eas quibus conscientiae ad confirmandam fidem eriguntur. Sacrificium est, cum nos aliquid deo offerimus, at Christum non offerimus deo, sed ipse se semel obtulit, quare qui missas in hoc faciunt, ut ceu bonum aliquod opus faciant, ut deo Christum offerant, pro uiuis ac mortuis, uel putent quo saepius ingeminetur, eo melius fieri, impie errant. Et hos errores magna ex parte opinor Thomae imputandos esse, qui docuit missam prodesse alijs praeter eum qui manducat.

Est autem significatio huius sacramenti, confirmare nos toties, quoties labascunt conscientiae, quoties de dei uoluntate erga nos dubitamus. Id cum alijs saepe, tum maxime cum moriendum est, accidit. Potissimum igitur eo morituri confirmandi sunt. Neque uero uita Christiana est, nisi assiduo moriamur. Confirmationem, opinor, impositionem manuum esse. Anctionem arbitror esse eam de qua Marci. VI. Sed ea signa esse tradita, ut certo significent gratiam non uideo. Matrimonium non esse institutum ad significandam gratiam, non est quod dubitemus. Quid autem in mentem uenit ijs qui inter

PER PHILIPP. MELANCH.

fig na gratie ordinem numerarunt? cum nō aliud sit ordo, quā deligi ex Ecclesia eos qui doceāt, baptizent, mensae benedicant, & eleemosynas parciantur egenis. Episcopi seu presbyteri dicebantur, qui docebant, lauabant, & benedicebant mensae. Diaconi, qui eleemosynas particbantur inter inopes. Neq; sic discretæ horum functiones erant, ut Diacono piaculare esset docere, baptizare, aut benedicere mensae. Immo hæc omnibus Christianis licent, Nam omnium sunt clauēs Matth. x. viij. Sed demandabatur eorum procuratio quibusdam, ut essent qui sibi rem ecclesiasticam necessario sciret administrandam esse, & ad quos rite referri posset, si quid incidisset.

Et ut hoc obiter moneam, uocabulo Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi, non conuenire cū uocabulo sacerdotis. Sacerdos enim à sacrificio in scripturis & interpellando dicitur. Sumusq; sacerdotes omnes Christiani, quia sacrificium, hoc est, corpus nostrum, offerimus, Nam præterea nullū est sacrificiū in Christianismo. & ius habemus interpellandi dei immo & placandi. Huc ptinet sententiā Petri, Gens sancta, regnū sacerdotale. Reges enim sumus

• **C**HYPOTYPOSES THEOLOG.

Christiani, quia liberi per **C**hristum omnium creaturarum, uitæ, mortis, peccati dominamur, ut supra dixi. **S**acerdotes quia nos ipsos deo offerimus, & interpellamus pro peccatis nostris. **H**æc latius docet **E**pistola ad Hebræ. **E**piscopi, **P**resbyteri, **D**iaconi, non sunt, nisi qui docent, baptizant, benediciunt mensæ, eleemosynas dispensant. **M**issarij sacerdotes propheta **V**ezabelis, hoc est, **R**omæ sunt.

DE **C**ARITATE.

De peccato, lege, gratia, **E**uangelio, adeoq; & iustificatione hactenus. quæ questio omnium hominum semper communis fuit, eritq;: **Q**ui nam iustificari homo possit. **P**hilosophi & pharisæi docuerunt hominem suis uirtutibus & conatibus iustificari. **N**os docuimus iustificari sola fide, hoc est, **C**hristi iustitiam nostrã iustitiam esse per fidem, opera nostra, conatus nostros nihil nisi peccatum esse. **H**æc qui tenet, summam scripturæ tenet, uidelicet iustificari credentes **M**ISERICORDIA dei. **P**ostremo res postulat ut de caritate dicamus. **S**upra monui amorem dei esse fructum fidei. **N**on potest enim non redamare deum, qui fide misericordiam comprehendit, adeoq; amor dei, fidei fructus est. **E**x amore dei nascitur & proximi amor, cum deo